prehendendi sunt aliqui Theologi, qui op- nionibus proprijs, vel etiam aliorum numis adhærentes, itatim contraria dogmata præ- cipiti quâdam sententiâ absque sufficienti- bus rationibus dammant; atque omnia, quæ corum iudicio non consonant, gravioribus censuris inurunt, idque tanta facilitate, ut merito irrideantur. Hæc M. Bannez, qui 2. 2. qu. 60. art. 6. dub. 2. hoc ipsum factò pro- bavit; loco enim antea citato aperte fatetur, opinionem quamdam sibi verosimiliorē videri, licet dixerit itare D. Thom. & totam Theologorum Scholam pro oppositâ. Non igitur omnis opinio, eti singularis, si à viro valde docto, & maturo, & ea in materia versato tradatur, censuranda est, quantum mi- nus, si communis sit.

Tertius scrupulus est, an quodcumque N. etiam leve convitum, aut nota in thesibus, 35. disputationibus, manuscriptis, &c. in proposi- tions inter Catholicos controversas effun- datur, sit mortale? Videtur enim, quod sit mortale; nam Papa expressè precipit in vir- tute S. Obedientiæ, ut caveant ab omni cen- surâ, & notâ, nec non à quibuscumque con- vitijs. Respondeo ex sanctissimo Pontificis fine ejus mentem patrè, nam antequam ve- niat ad præceptum, suum finem exprimit, ait enim: Tandem, ut ab injuriis contentio- bus Doctores, seu Scholastici, aut alij quicun- que in posterum se abstineant, & ut paci, & cha- ritati consolatur, idem Sanctissimus, &c. Cùm ergo finis præcepti Pontificij sit charitas, se- quitur, quod omne, quod graviter lædit chari- tatem, prohibet sub gravi; quod leviter, sub levi. Cavendum tamen est, ne disputationis fervor, aut mens passione præoccupa- ta putet leve, quod grave est; & negari non potest minus requiri, ut graviter violetur præceptum Pontificium, & charitatis, in libris, quam in privato colloquio; minus in solemini disputatione, prædicatione, aut thesi, quam in minus solemini, & in manuscrip- tis. Hoc mihi certissimum est, quod facilitas in censurando difficultatem in ratiocinando prodit, & valde infirmi ingenij indicium est, pugnare convitij more foeminarum.

Quartus est, an ex eo quod Papa dicat, ca- 36. veant ne convitentur opiniones adhuc inter Ca- tholicos controversas, donec à S. Sede judicen- tur, possit quilibet tutò amplecti quamlibet opinionem, ut probabilem? Respondeo, quod si fit probabili, seu solido nixa funda- mento, hoc licitum est: monco tamen, ex eo quod opinio aliqua non sit à S. Sede vetita, non potest inferri, quod fit probabile, ut paulò antè dixi ex 27. damnata ab Alexan- dro VII. potest enim à S. Sede non esse yetita,

verita, & esse omnino improbabilis: quare mihi non probantur ea omnia, quae quoad Torrec. hoc scribit Torrec. diff. 5. a. n. 30. & ideo mature dixit Innocentius de opinionibus hinc inde inter Catholicos controversis; to enim *hinc inde*, significat opinionem gravitatione, & Doctorum numero munitam, non autem opinionem, quae à ferè omnibus censetur improbabilis, licet aliquis eam probabilem putet; eo enim ipso quod sit singularis, non est *hinc inde* controversa, sed ferè non controversa. Sed de hoc toto tract. 3.

N. Ex his infero 1. quod cùm omnis propositio, ex quā evidenter sequitur damnata, sit certo falsa, poterit ut talis censurari, cùm modo non sit amplius controversa. Secundo infero, quod cùm non omne consequens illatum ex damnata sit falsum, sed aliquando verum, hinc non potest censurari. Tertiò infero cum P. Ripalda tom. 3. d. 1. n. 32. quod censurans opiniones controversias, peccat tantum contra obedientiam, non contra fidem.

SECTIO III.

An in casu extrema necessitatis liceat aliquam ex damnatis ad proximam deducere?

§. I.
Sententia affirmantis fundamenta.

SUMMARIUM.

DD. affirmantes, n. 38.

Rationes, n. 39. ad 41.

Decretum Clem. VIII. de absolvendo absenti, an ea absolvio foret invalida? n. 40.

Pij V. Decretum de Monialium egesia, n. 41.

N. M Ovet hoc dubium, & affirmit Torrec. diff. 5. a. n. 23. qui citat Lumb. in explicatione prima damnatae n. 1683. pagin. 1068. Filgu. in Lucernā, in explic. prima damnatae conclus. 3. Hozes in explicatione 1. n. M. Hoz. 3. & potiusset eodem modo citare P. Card. Diez de Prado, 4. dīb. 2. n. 5. Diez de Prado in explic. 1. n. 5. P. Card. Corella in explic. 1. n. 6. sed quo sensu verum sit eos Autores stare pro affirmativa parte, patebit ex dicendis.

N. Probat Torrec. primò: quia in casu extremae necessitatis, non præfente materiā certā Baptismi, potest, immò debet quis uti materiā dubia præfenti. Secundò, quia videtur alienum à pietate Ecclesiæ, quod velit prohibere praxim aliquarum ex damnatis urgente gravi necessitate, si vita periclitetur, si grave damnum immineat, &c. Tertiò, hoc idem locum habet in alijs legibus, quae licet generaliter ferantur, attamen casus necessitatibus urgentis exclusi intelliguntur, ut notat Filgu. l. c. & in explic. tercia. Addit ex Lumb. tom. 1. n. 462. pag. 450. quod si propositio non prohibeatur ut falsa, sed tantum Lumb. ejus praxis, licita erit praxis in oneri co. calu, in quo DD. citati à Lianā in *Summa* verbo, Dizua. Lex, docent legem non obligare, ex. gr. quando fundatur in solā præsumptione, quando totalis finis legis cestiat, & in casu impotentiae, & alijs. Monet tamen ibi Lumb. ne peccetur ex ignorantiā crasfā, haec enim ante Deum non excusat. Deinde idem Torrec. Torrec. citat iterum Lumb. tom. 3. pag. 1060. limitantem dictam generalem doctrinam, & dicentem, quod nullus, neque ex eo quod in se cestiat periculum, neque ex eo quod in ipso cestiat finis legis, poterit aliquam ex damnatis deducere ad proximam abieque mortali; quia Papa vetat, ne quis in causa propriā sit iudex sui ipsius, ex. gr. an cestiat periculum; & quia in nullo cestiat totalis finis legis, qui est, ut Christiani uniformiter operentur, & obedientiam exercant; & ideo Pontifex, ut has tergivertiones obrunnet, præcipit in virtute S. Obedientia. Demum Torrec. duo monet; primum est, hanc ultimam Lumb. doctrinam non obitare, quod liceat in casu extremae necessitatis aliquam deducere ad proximam. Secundum est, quod ex sententiā de licitā praxi alicujus ex damnatis urgente gravi propriā, vel proximi necessitate, non est extendenda ad omnes damnatas; ex. gr. numquam licet, etiam si periculum vita immineat, aut alia gravis necessitas urgeat, uti restrictione pure mentali, & Sacramento rum simulatione. Ad quales autem dicta doctrina extendi possit, nihil dicit. Hac Torrec. Hispanè, ego Latinè. Confirmari posse. N. test ex sententiā ijs omnibus, que doctrinam in paucis P. Moya tom. 1. tr. 3. qu. 6. per P. Moy. etiam adducit, & rejicit in favorem aliquorum putantium, (cum quibus novissime sentire videtur Joan. Pontius d. 46. qu. 2. con. Joan. clus. 2. n. 9. sed immerito) quod cum absolutione inter absentes non sit a Clemente VIII. declarata invalida, sed tantum illicta, consequenter in casu extremae necessitatis poterit Confessarius sciens dolorem penitentis impetrari eidem penitenti, et si absenti, absolutionem. Primo; quia plerique TT. supponunt, quod si talis absolutione non est invalida, erit licita pro casu extremae necessitatis, & ideo, ut negent eam pro omni casu licitam, dicunt esse invalidam. Secundò; quia Decretum Clementis, esto utatur verbis universalibus, ne umquam tamquam probabilis defendatur, neque ad proximam quovis modo deducatur, non includit casum extremae necessitatis;

tatis urgentis exclusi intelliguntur, ut notat Filgu. l. c. & in explic. tercia. Addit ex Lumb. tom. 1. n. 462. pag. 450. quod si propositio non prohibeatur ut falsa, sed tantum Lumb.

ejus praxis, licita erit praxis in oneri co. calu,

in quo DD. citati à Lianā in *Summa* verbo, Dizua.

Lex, docent legem non obligare, ex. gr.

quando fundatur in solā præsumptione, quando

totalis finis legis cestiat, & in casu impo-

tentiae, & alijs. Monet tamen ibi Lumb. ne

peccetur ex ignorantiā crasfā, haec enim ante

Deum non excusat. Deinde idem Torrec. Torrec.

citat iterum Lumb. tom. 3. pag. 1060. limitan-

tem dictam generalem doctrinam, & dicen-

tem, quod nullus, neque ex eo quod in

se cestiat periculum, neque ex eo quod in ip-

so cestiat finis legis, poterit aliquam ex dam-

natis deducere ad proximam abieque mortali;

quia Papa vetat, ne quis in causa propriā sit

iudex sui ipsius, ex. gr. an cestiat periculum;

& quia in nullo cestiat totalis finis legis, qui

est, ut Christiani uniformiter operentur, &

obedientiam exercant; & ideo Pontifex, ut

has tergivertiones obrunnet, præcipit in

virtute S. Obedientia. Demum Torrec. duo

monet; primum est, hanc ultimam Lumb.

doctrinam non obitare, quod liceat in casu

extremae necessitatis aliquam deducere ad

proximam. Secundum est, quod ex sententiā

de licitā praxi alicujus ex damnatis urgente

gravi propriā, vel proximi necessitate, non

est extendenda ad omnes damnatas; ex. gr.

numquam licet, etiam si periculum vita im-

mineat, aut alia gravis necessitas urgeat, uti

restrictione pure mentali, & Sacramento

rum simulatione. Ad quales autem dicta doc-

trina extendi possit, nihil dicit. Hac Torrec.

Hispanè, ego Latinè. Confirmari posse. N.

test ex sententiā ijs omnibus, que doctrinam in

paucis P. Moya tom. 1. tr. 3. qu. 6. per P. Moy.

etiam adducit, & rejicit in favorem aliquorum

putantium, (cum quibus novissime

sentire videtur Joan. Pontius d. 46. qu. 2. con.

Joan. clus. 2. n. 9. sed immerito) quod cum abso-

lutio inter absentes non sit a Clemente VIII.

declarata invalida, sed tantum illicta, con-

sequenter in casu extremae necessitatis pote-

rit Confessarius sciens dolorem penitentis

impetrari eidem penitenti, et si absenti, ab-

solutionem. Primo; quia plerique TT. sup-

ponunt, quod si talis absolutione non est in-

valida, erit licita pro casu extremae ne-

cessitatis, & ideo, ut negent eam pro omni casu li-

citam, dicunt esse invalidam. Secundò; quia

Decretum Clementis, esto utatur verbis

universalibus, ne umquam tamquam proba-

bilis defendatur, neque ad proximam quovis modo

deducatur, non includit casum extremae ne-

cessitatis;

N. certificatis: eo modo, quo Decretum Pij V. 41. probiens Monialibus egressum præterquā in casu magni incendijs, vel gravis infirmitatis, ex gr. lepre, exponitur per verba universalia prohibentia, sub quovis alio praetextu, & P. Azor, occasione egressum; & tamen P. Azor, & N. Navar. varrus apud P. Moyam n. 16. concedunt P. Moy Monialibus egressum in casu extreme necessitatis; & ratio est; quia leges humanæ non tam pressè obligant, ut mortis periculum subire cogamur; & ideo plura in extremâ necessitate licent, quæ alias non licent: ergo idem in casu nostro. Similiter confirmari potest ex eo, quia Decretum Innocentij XI. dicit, statuit, ac decrevit *pro nunc* sequentes propositiones damnare; & Decretum Alexandri VII. utitur particulâ *inter ea*, quæ *equivalent ac interim*, vel *pro nunc*, aut *rebus factis*, ut notant Jurisperiti apud P. de la Fuente *dis. 1. qu. 5.* ergo lex Pontificia *cas damnans subiecta mutationi, seu non est perpetua, hoc enim significat to pro nunc.*

§. II.
Amplerior negantem.

S U M M A R I U M.

Verba Innocentij attente consideranda, n. 42.

Quid ex illis constet? ibid.

Prefens quid est valde affinis illi, an Deus in septem ultimis Decalogi preceptis dispensare posse? n. 43.

DD. tuentes posse, n. 44.

DD. communiter hoc negant, quod directe, sed indirecte tantum, ibid.

Dispensatio directa, & indirecta, quid? n. 45.

Applico hoc nostræ questioni, n. 46.

Recta ratio est uxor adolescentie ex S. Hier. ib.

Objectio: Decreti, alia sunt pro omni casu, alia non nisi ut sub tali circumstantia scandalosa, n. 47.

Solvo argumenta, quod Deus in natura lege dispensabit, n. 49.

Numquam licet praxis scandalosa retentâ scandali circumstantia, licet dimisâ, n. 50. 51.

Rationes n. 52. ad 58.

Paritas ex alijs legibus Pontificijs inutiles, n. 53.

A nullo Decreto Pontificio legislativo simul, & declarativo fieri potest exemptione: potest a proprio legislativo. Cur? Ibid.

Nulla damnata assignari potest, quæ urgente necessitate si practicabilis. Inductio, n. 56. 57.

Nullus Doctor stat pro opposita, n. 58.

Non est contra pietatem Ecclesie, ut numquam licet ex objecto illicetum, n. 59. 60.

Discrimen inter leges Pontificias vetantes indifferens, & Decreta declarativa, n. 61.

Finis probationis numquam cessare potest, n. 62.

DD. tuentes cessare legem, cessante ejus sine in particulari, ibid.
Decretum Clementis VIII. circa absentis absolutionem, n. 63.
Ly tunc, & interea, an legem declarativam Papa velit non esse eternam, n. 64.

A Ntequam, quod sentio, exponam, N. 42. præmitto primo verba Decreti Innocentij attente consideranda; ait enim in proemio: *SS. D. N. re maturè considerat, statuit, ac decrevit, sequentes propositiones, & unamquam ipsarum, sicut jacent, ut minimum tamquam scandalosas, & in praxi perniciosas, esse damnandas, & prohibendas, sicut eas damnat ac prohibet.* In fine autem loquens de praxi, ait: *Prohibet omnibus.... ne predictas opiniones, aut aliquam ipsarum ad praxim deducant.* Ex his verbis constat primo, hoc Decretum non esse purè legislativum, sed prius est declarativum, deinde prohibitivum. Secundo constat opiniones non esse scandalosas, quia prohibitas, iamò fuisse prohibitas, quia scandalosas; nam prius declarat esse scandalosas, dein eas prohibet. Tertio constat damnare, & prohibere tamquam scandalosas, sicut jacent, quare si aliter sumuntur, ac jacent, & tali modo, sive per detractiōnem, sive per additionem mutentur, ut non retincent rationem scandali, eo ipso sicut tunc non sunt amplius propositiones, quæ fuerunt damnatae, sed sunt diversa, & aliae non damnatae, ita qui eas practicat, non practicat damnatae, sed diversas à damnatis, in quo, ni fallor, æquiyocatus est Torrecilla. Quartò constat, cō ipso quod Decretum est prohibitivum, cō ipso exponitur per negationem; negatio autem est malignantis naturæ, & negat universaliter omnia, quibus præponitur. Quinto constat Decretum damnare, & prohibere non tantum omnes collectivè sumptas, sed etiam quamlibet ipsarum singillatim sumptam; & non tantum prohibere proxim omnium, sed singularum. Sexto constat Decretum, tum quæ legislativum, tum quæ prohibitivum, ut verbis universalibus negativis, nullâ adiectâ exceptione.

Præmitto secundò, quæstionem hanc, an N. 43. in casu extremæ necessitatis propriæ, aut alienæ licet practicare aliquam ex damnatis, ut scandalosis, esse valde affinem illi, quæ à Theologis 1. 2. ubi de *Legibus*, agitant, an Deus, vel homo dispensare posse in jure naturæ, in septem praceptis secundæ Tabula, seu quæ ordinatur ad proximum; nam in tribus prime Tabulae, quæ respiciunt Deum, non posse Deum dispensare, est certum.

Ocha. certum. Theologis contra Ochamum in 2.
 Gerson. qu. 19. Gersonem, & alios paucos, quos ci-
 tat P. Suar. d. 2. de Legibus cap. 15. n. 3. Dixi,
 esse valde affinem sicut enim, si Deus dis-
 pensare potest, auctus jure naturae vetitus erit
 licitus, ex. gr. furtum, homicidium, fornicatio-
 nis; ita si extrema necessitas est causa suffi-
 ciens practicandi declaratam, & damnatam,
 ut scandalosam, licet erit praxis opinionis
 intrinsecè scandalosa. Ut autem Theologi
 communissime (contra Scotum in 3. disp. 37.
 N. qu. unica n. 6. afferentem duo prima precep-
 ta prime Tabulæ esse a Deo indispensabilia;
 esse autem dispensabilia quoad alia secunda
 Tabulæ, excepto illo, *Non falsum testimoniū dices*: & contra D. Bonav. in 1. disp.
 D. Bonav. 47. Navarrum, Canum, quos citat, & se-
 quitur P. Sanchez lib. 4. Moral. cap. 37. n. 5.
 M. Can. & lib. 8. de Matrim. d. 6. n. 5. & iuxo Scoto
 Herinx. Pontius adhæsit Herinx tom. 2. d. 1. de Legibus qu. 6.
 & multo magis Pontius d. 25. qu. 3.) negant,
 Deum, aut hominem posse dispensare dire-
 s. Tho. cētē in jure naturæ: ita S. Th. 1. 2. qu. 100.
 art. 8. & alij sine numero, quos citat, & se-
 quitur P. Giballinus lib. 3. cap. 3. qu. 3. in-
 P. Mol. ter quos melius præceteris P. Molina, P.
 P. Val. Valencia, P. Suar. lib. 2. de Legib. cap. 15.
 P. Suar. P. Salas d. 5. de Legib. s. 9. M. Mart. de
 P. Salas Mart. de Prado in Theol. Mor. cap. 3. de Leg. qu. 2.
 P. ad. §. 4. Domin. Soto in 4. disp. 33. qu. 2. pag.
 M. Sot. mibi 219. Mastru in Theol. Mor. d. 2. pag.
 M. Sot. 2. art. 2. distingunt cum P. Valencia 1. 2.
 P. Sanc. d. 7. qu. 4. pun. 6. P. Sanchez lib. 8. de Ma-
 trim. disp. 1. n. 2. distingunt, inquam, du-
 plicem dispensationem, aliam directam, &
 propriæ talem, aliam indirectam, & impro-
 priæ talem. Propria est relaxatio ab obliga-
 tione legis, immutata omni penitus circum-
 stantiæ, sub quæ lex obligabat. Impropriæ est,
 quando removetur aliqua conditio, sub quæ
 obligabat, & quæ remotæ non obligat: ex. gr.
 si libereris à lege jejunij stante omni circum-
 stantiæ ætatis, sanitatis, & absentia impedi-
 menti gravis, sub quibus lex jejunij obligat,
 est dispensatio propria: si libereris, quia in-
 firmus, vel carens ætate, & non stante
 ijsdem circumstantijs, est dispensatio impro-
 pria. Ita dico accidere in nostro cau: si quis
 damnatam, ut scandalosam, practicet, stan-
 te omni circumstantiæ, sub quæ est scandalosam,
 practicabit propriæ damnatam: si pra-
 cticet damnatam, addito, vel dempto ali-
 quo, quo addito, aut dempto, non manet
 scandalosam, practicabit impropriæ damnatam;
 eò enim ipso quod cessat esse scandalosam,
 non est damnata. Sicut enim inter ob-
 jeta, seu materiam, quam respicit lex natu-
 ræ, quæ à S. Hieron. apud D. Bonav. in 2.

Sent. disp. 3. art. 2. qu. 1. n. 1. bello vocatur uxor
 adolescentia juxta dictum Malachia 2. *Custos*
spiritum vestrum, & uxorem adolescentia Malac-
vestre: alia sunt, quæ quacumque circum-
 stantiæ additæ, vel demptæ, manent semper
 illicita, & lex naturæ respicit absolute hæc
 objecta, prohibendo illa pro omni circum-
 stantiæ; tale ex. gr. est mendacium: alia sunt
 objecta, quæ lex naturæ respicit non abso-
 lute, sed ut affecta, tali circumstantiæ; nam
 præcisè ut affecta tali circumstantiæ sunt jure
 naturæ prohibita, & hæc sunt tantum il-
 licita, & verita stante tali circumstantiæ, quæ
 ex. gr. est furtum, quod vetatur tantum
 quicquid non transferatur in te, sive a Deo,
 sive ab homine, jus in talem rem; homici-
 dium, quod vetatur tantum, si fiat propria
 auctoritate, & secluso moderamine incul-
 patæ tutelæ. Ita dico ego, quod inter objec-
 ta, quæ respicit Pontificium Decretum, ali-
 a sunt absolutæ, & pro omni circumstan-
 tia scandalosa, talis ex. gr. est pura restring-
 etio, est enim mendacium æquivalenter fal-
 tem; alia sunt scandalosa tantum, ut affecta
 tali circumstantiæ, quæ præcisa, sicut
 non manent scandalosa, ita nec manent dam-
 nata, nec declarata scandalosa; talis ex. gr.
 est usurpatio famuli in necessitate extremæ;
 tunc enim non est furtum; vel ministratio
 Sacramenti sub probabili opinione. Demum, N.
 sicut Theologi communissime negantes 48.
 Deum dispensare posse, ne quidem in præ-
 ceptis secundæ Tabulæ, quæ sunt etiam de
 jure naturæ, respondent paucis ita arguenti-
 bus, nempe, Deus dispensavit in tertio,
 abrogando post Christum D. sanctificatio-
 nem Sabbati; in quinto, præcipiendo Abra-
 ham occisionem filij in texto, tum in fornicatione
 præcipiendo Ose, ut accederet
 ad mulierem fornicariam; tum in polyga-
 miæ, permittendo Israëlis multitudinem
 uxorum; in septimo, præcipiendo Israëlitis,
 ut tollerent vala propria Ægyptiorum: ad
 hæc, inquam, & similia respondent, Deum
 non dispensasse propriæ in lege naturæ, quasi
 permisit, ut stante omni circumstantiæ, sub
 quæ tale objectum erat jure naturæ vetitum,
 permeriter, inquam, oppositum; sed tan-
 tum dispensavit impropre, quatenus additæ
 aut abfultæ circumstantiam ab objecto,
 quæ additæ, vel ablatæ, non est amplius jure
 naturæ vetitum, atque adeo dicunt in nullo
 casu, stante omni circumstantiæ, sub quæ ob-
 jectum est jure naturæ vetitum, usus licet, ^{et}
 sed tantum usus licet, sublatæ, aut additæ
 aliquæ, quæ additæ vel sublatæ, non est jure
 naturæ vetitum: ex. gr. quando Deus
 præcepit Abraham, ut filium immolaret, non
 id jussit

id jussit tamquam legislator dispensans super homicidium, sed tamquam Dominus vita, & mortis humanæ, tradens Patri Ifaac occidendum, sicut quis tradere potest suum pecus, ut optimè dixit Soto l.c. & antequam preciperet Oſec fornicationem, trahit in Oſcam jus ad talem mulierem, quo jure in Oſcam translato fornicatio non est jure naturæ vetita, nam est tantum Oſec jure naturæ vetita, non translato ad corpus talis mulier in Oſcam jure. Similiter polygamia est tantum jure naturæ vetita, remota necessitate generis humani, non autem stante multiplicatione necessitate. Rursum furtum erat jure naturæ vetitum Ifraelitis, dato, quod non haberent jus in vala Agyptiorum, non autem transferente Deo in Ifraelitas jus in eadem vala, & consequenter numquam verum est, licitam esse in nullo casu actionem jure naturæ vetitam, stante omni circumstantia, sub quâ est verita, sed est licita tantum, sublatâ, aut additâ aliquâ, quâ additâ, aut sublatâ, non est jure naturæ vetita. Ita dico ego, quod itante omni circumstantia, sub qua opinio damnata, ut scandalosa, manet scandalosa, pro nullo casu est licita ejus praxis; addita autem, vel sublatâ aliquâ, quâ additâ, aut sublatâ, non manet scandalosa, licebit ejus praxis: attamen non ideo inferatur, licitum esse practicare scandalosam, sed tantum inferatur, licitum esse practicare opinionem, que antea erat, nunc autem non est, ob aliquam circumstantiam additam, aut demptam, amplius scandalosa: ex. gr. qui practicat, ut licitam, ministracionem Sacramenti juxta opinionem probabilem de valore materie, tutoire non presente, ut accidit in casu necessitatis, non practicat scandalosam, immo practicat non scandalosam, nam damnata, ut scandalosa, non est hæc, Non est illicita confessio Sacramenti secundum opinionem probabilem, non praesente tutoiri; sed hec, Non est illicita confessio Sacramenti secundum opinionem probabilem, relata tutoiri. Nisi igitur Torrec. & si quis alius ei adhaeret, (Iouis enim quantum vidi de hoc dubitavit) probet licitam esse in casu extremæ necessitatis propriæ, aut alienæ proximæ alicuius ex declaratis, & damnatis, ut scandalosam, sumptis, in jacent, seu nullatenus damnata mutata, & retentâ, stante etiam ea extremâ necessitate, ratione scandali, ob quam est damnata, nihil probabit; quod enim amissâ ratione scandali, & sumptuâ aliter ac jacet, aliqua ex damnatis practicari possit, hoc non erit practicare damnatam, nec scandalosam; immo erit practicare non damnatam, & non scandalosam, quod quidem non tantum li-

cet in extremâ necessitate, sed etiam eâ facta, immo aliquando tenebimus ad præxim. His positis,

Dico, in nullo omnino casu, qualiscumque & quantumcumque gravissime necessitatibus, licitam esse proximâ illius opinonis definitâ à Pontifice ex Cathedrâ, & ab eodem damnatæ, tamquam scandalosâ, semper ut jacet. Ita P. Card. tom. 4. diss. 4. cap. 7.

Probatur primum: Omnis damnata à Papâ, N. ut scandalosa, sumpta, ut jacet, est definita 52. scandalosa ex objecto, ut supra docui, nam declaratur ad minimum tamquam scandalosa, & in praxi pernicioſa; ita enim loquuntur uterque Alexander, & Innocentius: fed nullum definitum per infallibile judicium Pontificis, ut ex objecto sumptum, ut jacet, illicitum, potest, ut jacet, non esse scandalosum; si autem non potest non esse scandalosum, non potest non esse illicitum; & si non potest non esse illicitum, repugnat, ut sit illicitum: ergo nulla opinio declarata à Pontifice, ut jacet, scandalosa, potest, stante etiam gravissima necessitate, esse licita, sumpta, ut jacet. Maior, & minor constat evidenter ex fusè diétis; consequentia autem est legitima. Confermo: quia licet vetitum, ut scandalosum, posset in aliquo casu esse licitum, atamen declaratum scandalosum, ut jacet, posse esse licitum, repugnat; nisi velis, vel declaracionem esse fallam, quod declaracioni Pontificia repugnat; vel intrinsecè scandalosum, & illicitum, sumptum cum illis, per quæ constituitur illicitum, esse posse licitum, quod etiam repugnat. Hinc omnes paritates adducunt ab Adversario, sumpta à ceteris legibus Pontificijs, inutiles omnino sunt. Aliud enim est loqui de Decreto Pontificio legislativo simul, & declarativo, immo legislativo, quia declarativo; aliud loqui de Decreto Pontificio pure legislativo: ab hoc enim fieri potest exemptione propter easdem causas, propter quas DD. docent, nullam legem positivam vetantem aliquid ex se indifferens obligare, stante extremâ necessitate, vel sublatâ fine, vel inducta legitimâ præscriptione; attamen à Decreto Pontificio declarativo, & legislativo, quia declarativo, in nullo casu exemptione dari potest; quia quod Papa per infallibile judicium declarat ex objecto scandalosum, sumptum ut jacet, pro nullo casu sumptum, ut jacet, declaratum ut scandalosum, potest non esse tale.

Secundò probatur: quia, juxta Adversa, N. rium, si opiniones effent declaratae à Papâ 54. ut falsæ, numquam licita effet praxis ullius, etiam stante extremâ necessitate: fed per me omnes

omnes damnatae à Papâ ut scandalosæ, sunt vel speculativæ, vel practicæ falsæ, juxta probabilitatem speculativam, aut practicam inclusam in damnata: ergo pro nullo casu erit licita praxis alicujus ex illis.

N. 55. Tertiò probatur: quia dum Adversarius dicit, licitam in extremâ necessitate esse proxim alicujus damnatae ut scandalosæ, quæro, an talis necessitas tollat rationem scandalis, an relinquat propositionem, ut antea, scandalosam? Si tollit, contra primò; quia tunc non practicabitur scandalosæ sumpta ut jacet, sed quæ erat, & nunc non est scandalosæ. Contra secundò; quia tunc non tantum extrema necessitas, sed quælibet circumstantia tollens ab objecto damnatae rationem scandalis, erit causa sufficiens practicandi damnatam: sicut autem Adversarius tunc dicit, vel non practicari tunc damnata, & scandalosam, nam per eam circumstantiam additam, aut detractam tollitur ratio scandalis, sed practicabitur non damnata, & non scandalosæ; ita ego hoc dicto de extremâ necessitate, quæ si tollit rationem scandalis, non practicabitur scandalosæ: vel si dicet practicari tunc damnata, (præterquam quod malè omnino loquetur) dicam ego, non præfere extrema necessitate, sed præfere quælibet alia circumstantia tollente rationem scandalis, licere proxim damnatae ut scandalosæ. Si autem dicat extrema necessitatem non tollere rationem scandalis, inferam: ergo scandalosum, & illicitum potest, itante scandalis, & non licentia, esse licitum, quo nil magis chimæricum. Confirmo: quia Adversarius nullam ex damnatis assignare potest, quæ etiam itante extrema necessitate, & sumptu ut jacet, non sit scandalosæ: sumo enim primam ex damnatis ab Innocentio, quam ille sumit;

N. 56. XI. hæc ait: *Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relictâ tuiori*: hujus proxim dicit Adversarius stante extrema necessitate esse licitam & quæro, an stante eâ extrema necessitate sit præfens alia materia tuior, an non? Si non est; ergo non practicatur damnata, nam damnata dicit, *licere ministratio nem Sacramenti juxta opinionem probabilem de valore, relictâ tuiori*; in nostro autem casu cum nulla materia tuior ad valorem requirata adsit, neque adest opinio tuior, cum non adsit objectum illius: ergo tunc tantum practicatur ut licita ministratio Sacramenti juxta opinionem probabilem, non relictâ, seu non præfente tuiori: ergo non practicatur damnata, immo practicatur non damnata, & necessaria. Si est: ergo stante extre-

mâ necessitate est licita ministratio Sacramenti secundum opinionem probabilem de valore Sacramenti, relictâ tuiori; sed hoc dici non potest, nec Adversarius, aut ullus ab eo citatus hoc dicit, unicè enim dicunt esse licitam materiam dubiam, & incertam, non præfente materia certa: ergo &c.

Quarto probatur: quia damnata est, *Li-* N. *cet ministratio Sacramenti secundum opinio-* 57- *nem probabilem de valore Sacramenti, relictâ tuiori*. Contradicteria damnata est, *Non li-* *cet ministratio Sacramenti secundum opinionem probabilem de valore Sacramenti, relictâ tuiori*: illa est certo scandalosæ; hæc est certo non scandalosæ. Jam sic: Propositione contradictriori opposita damnata affirmativa est negativa: sed propostio negativa vera ab solutè prolatæ falsificat omnem contradictriam affirmativam: ergo cùm hæc propostio, *Non licet ministratio Sacramenti juxta opinionem probabilem de valore Sacramenti, relictâ tuiori*, sit negativa ab solutè vera, verum enim est non licere; implicat, ut hæc, *Licet in extremâ necessitate ministratio Sacramenti juxta opinionem probabilem de valore Sacramenti, relictâ tuiori*, sit vera; est enim affirmativa contrariæ opposita negativa veræ; duas autem contrarias esse simul veras, repugnat ex Dialecticâ. Confirmo juxta ferme omnes TT. Hæ propositiones, *Non furberis, non occides, non fornicaberis*, sunt adeo ab solutè veræ, ut omnis opposita affirmativa sit falsa, adeoque falso est dicere licitam esse in aliquâ circumstantiâ fornicationem, licitum esse in extremâ necessitate furtum, nam tunc talis actio non est furtum, furtum enim est usurpatio rei alienæ invito rationabiliter domino; in tali autem necessitate dominus nō potest esse rationabiliter invitius: ergo talis usurpatio rei alienæ tunc non est furtum. Sicut igitur quis diceret, *Licet in aliquâ circumstantiâ, quod est contra legem naturæ, malè audiretur*; nam apposita, vel demptâ tali circumstantiâ, eo ipso objectum non est amplius contra legem naturæ, & præcepta Decalogi sunt ab solutè vera, & numquam potest esse licitum, quod est contra legem naturæ; ita etiam malè auditur à Theologis hæc propostio, *Licet in aliquo casu practicare declaratum à Papâ ex Cathedra ut scandalosum, & damnatum ut talem*; tum quia sepe circumstantia tollit scandalum, & tunc non practicatur damnata; tum quia Pontifex declarat ab solutè non licere, & esse ex objecto scandalosum; tum quia declaratum, & datum, ut intrinsecè scandalosum, numquam potest esse licitum.

Quod

N. Quod autem nullus ex Authoribus citatis faveat Torrec. ostendo. Primo enim
58. Lamb. satis se explicat, dum dicit numquam
Torrec. celiare finem, propter quem à Papâ damnata
Lemb. te fuerunt: ergo numquam erit licita praxis
Filgu. aliquius damnata. Secundò Filgu. in Lucerna
prop. 1. conclus. 3. aperte docet oppositum,
Hozes. ait enim: Quando circa Sacramenti valorem existunt diversæ opinions probabiles,
quarum una est tunc, licet minus probabili-
s..., non est licitum sequi probabiliorem,
sed tunc propter periculum nullitatis
Sacramenti, ac ipsius fructus, dummodo ad
hoc gravis necessitas, & causa rationabilis
non urgeat, tunc enim irreverentia, que
aliam Sacramentum fit, celiat, & utilitas pro-
ximi spiritualis procuratur; ut cum deest
aqua liquida, lixivio utimur ad baptizandum.
Hoc Filgu. Nota tò cùm deest; eo au-
tem ipso, quod deest, eo ipso non adeat tunc.
Idem dicit prop. 3. trahens exemplum
urgentis Baptismi non presente nisi materia
dubiâ. Tertiò Hozes in Explic. 1. damn. n. 3.
star evidenter pro contrario, cujus verba
de Hispano in Latinum transfero: Suppon-
endum est, ait, tamquam certum, quod
prohibiti non loquitur in casu necessitatis,
in quo uti non potest minister materia certa:
& adducit exemplum infantis non presente,
nisi aquâ rosacâ, quâ possit baptizari. Hos
citat Torrec. Quod autem illi non faver P.
P. Card. est etiam certum, non tantum, quia
declaratur omnem damnatam ut scandalosam es-
se certò saltam, sed etiam quia n. 5. ait: Cer-
tum est in casu urgentis necessitatis eligi
posse ad praxim opinionem minus tutam,
quoties opinio tunc non potest ad praxim
deduci: ex gr. si infante moribundo non in-
veniatur aqua naturalis, debet sub conditio-
ne baptizari in lixivio, si præsto sit. Rur-
sus, quod Díez de Prado non adhæreat, est
etiam certum, quia utitur eâ paritate infantis
moribundi non presente aquâ certâ; quo
etiam exemplo, & circumstantiâ absens
aque utitur Corella: ergo nullus ex citatis,
five à Torrec. five à me, ei adhæret. Addit, eti
omnes dicere quod Torrec. explicandi
est, est licitam praxim damnata ut
scandalosa in extremâ necessitate, immo-
etiam eâ non presente, sed presente quâlibet
circumstantia, quoties per talēm necessitatē,
& talēm circumstantiam ab objecto damnatē
tolitur ratio scandali, quod extra omne du-
biū est: at non ideo tunc practicabitur
damnata, nec scandalosa, sed quâ ante erat,
modo tamen nec est damnata, nec est scan-
dalosa.

N. 59. Ad primam rationem oppositam dixi in
Tom. I.

casu instantis Baptismi, & non præsente
materia certa, licitam esse ministracionem
in materia dubiâ; hoc tamen non est pra-
cticare damnatam, quia quod non adeat,
non dicitur relinquiri: ergo si materia tunc
non adeat, non relinquitur.

Ad secundam dico, non esse contra pieta-
tem Ecclesiæ, ut velit numquam licere, 60.
quod ex se est illicitum, quoties retinet ra-
tionem illiciti; quod si adit aliquid tollens
ab objecto rationem illiciti, poterit practi-
cari, at non practicabitur illicitum, sed
quod fuit illicitum: quo modo dum dicitur,
cœcus videt, tò cœcus ampliatur, seu, qui
erat cœcus; ita hic, dum dicitur, practica-
tur illicitum, tò illicitum ampliatur, seu,
quod erat illicitum.

Ad tertiam patet ex dictis discrimen inter N.
leges Pontificias prohibentes aliquid ex se 61.
indifferens, a quarum obligatione potest
quis pluribus de causis liberari, & non tan-
tum titulo extremæ necessitatis; & inter
Decreta Pontificia declarativa simul, &
legislativa, quorum prohibito ntitur de-
clarationi, & vetat aliquid, quia declaratur
intrinsecè scandalosum; atque adeo non est
malum, quia vetitum, sed vetitum, quia est,
& declaratur esse malum; ab his nullus po-
test liberari: ut enim credo tale objectum
sub circumstantiâ, sub quâ est declaratum
scandalosum, esse semper tale sub eadem
circumstantiâ; ita retentâ eadem circum-
stantiâ, prohibetur semper practicare illud.
Sicut ergo nullus audebit dicere, quod ob-
jectum declaratum à Papâ scandalosum, pos-
sit declarari non scandalosum, ita neque di-
cere audeo, quod objectum damnatum à
Papâ, quia scandalosum, possit non esse
scandalosum. Quod si dixerit posse non esse
scandalosum, dicam quod etiam eodem
modo mutato objecto poterit Papa declarare
non scandalosum: sicut autem Papa, si
declararet non scandalosum, non haberet
pro objecto sua declarationis idem, ac dum
declaravit scandalosum, sed aliud non scan-
dalosum; ita dico, quod practicanus objec-
tum non scandalosum, non haberet pro
objecto idem, ac dum practicavit scandalosum.
Hæc infantia de declaratione Papæ
benè penetrata explicare nolram mentem.

Ad quartam dico, numquam celiare pos-
se finem prohibitionis, nisi celiat ratio scan-
dali, quâ est etiam finis declarationis. Né
que intento servit, eti quis sequatur senten-
tiā affirmantem, quod celiante fine le-
gis in particulari, celiat eo ipso pro eo parti-
culari lex: quam sententiam fuisse defendit
Caram. lib. 1. Theolog. Fund. a n. 636. Caram.
H pag.

Navar. pag. 214. citans Navarrum, Dianam, Grana-
Diana, Hurtado de Mendoza, tive negantem
Grana, cum M. de Prado cap. 3. de Leg. qu. 12. &
Mend. Mastr. qu. 6. art. 5. cum plenique TT. nil,
M Mart. inquam, prodeit, quia in nostro cau-
num.
Mastr. quam ceterat finis. Potest autem in legibus
prohibentibus aliquid indifferens, & non
declarativis objecti ex le malo, ceterare aliun-
de finis, vel quia legislator tollat legem, vel
quia præponderat aliud bonum, vel quia
puræ leges humanæ, eti. Pontificæ, cum
non sint institutæ in perniciem, sed in fau-
tem, non obligant in extrema necessitate, &
quoties adest gravissima difficultas.

N. Ad confirmationem videri potest P.
63. Moya, qui optime probat abolitionem de-
claratam pro omni cau illicitam, enc inva-
P. Moy. lidam; quod etiam præstat M. Mart. de Pa-
M Mart. nit. in Tr. de Confess. Sacramentis qu. 3.
dub. 1. § 3. pag. miki 664. Adcio nihil obstat
re nobis; vel enim est inlicita, quia vicia,
vel vetita, quia declarata ex le inlicita? Si
primum, nil contra me: si secundum, dico,
ut dicunt ferè omnes, etiam in tante pericu-
lo salutis æternæ non potest Confessarium
conscium de dolore penitentis imperium
poenitenti absenti abolitionem, quamvis
non impetrata in æternum periturus sit; quia
talis abolitione declarata est a Papa ex se illi-
cita, adeoque pro omni cau illicita. Hinc
nostra tentatio cetera paritate ponit firma-
tur, quam infirmetur. Lege P. Moyam, a
quo plus doctrinæ hauries, vel in una tan-
tum quæstione, quam ab integra aliuscujus
disputatione.

N. Ad aliam confirmationem dico, quod tò
64. pronunc. aut interea, non significat legem,
sue declarationem Papæ, ut potest infamib-
lem, non esse æternam, est enim æterna; sue
sed significat, quod si detur cau, ut tollatur
ab illis scandalum, tunc non erunt dam-
natae. Ita si Papa det de novo Mendicantibus
privilegiū, ut possint absolvere ab omni
cau Episcopis reservato, (de quo fusè tra-
stat M. Pasterinus 2. 2. qu. 187. tom. 2. a. n.
M. Pasterinus 122. & fusius an. 364.) tolleret à damnata
scandalum, quod nunc est intrinsecum dam-
natae; opinio enim ascens Mendicantes
post absolvere à cauibus reservatis ab Epis-
copis, est intrinsecè scandalosa. Lege P. de
la Fuente dis. 1. n. 23. & qu. 15. & 16. per
P. de la Fuente. totam, & n. 117. & nos alibi.

SECTIO IV.

An, ut propositiones damnatae impunè doceantur,
aut impunè prædicentur, satis sit, ut su-
mantur aliter, ac jacent?

SUMMARIUM.

Ratio dubitandi, n. 65.

Dignissima M. Godoy animadversio pro damna-
tis Interpreibus, n. 66.

Vi damnata sine excommunicatione doceri possit,
necessaria, & satis mutatio, quæ rationem
scandalis aut heresis, ob quam damnata est,
amittat, n. 67.

Vi sine culpa prædicetur, non satis ut amittat
id, ob quod damnata est, sed neceſſe, ut nullam
aliam acquirat, immo ut certo solidâ ra-
tione probeatur, n. 69.

Docens damnatam magis scandalosam, an in-
curret excommunicationem? n. 70 ad 74.

Vi opinio sit morum regula, non satis, ut scandalo-
sa, non sit; neceſſe ut sit certo probabilis,
n. 72.

Prædicans scandalosam peccaret in jus nature,
& Ponitum, ibid.

Nullam incurrit censuram laborans invincibili
ignorantia, n. 75.

An laborans ignorantia invincibili incurrit pe-
nas? Ibid.

Laborans vincibili utrasque incurrit, ibid.

Hanc questionem nullus, quem vide-
N. rim, tive ex illis, qui damnatas ab 65.
utroque Alexandro, tive qui damnatas ab
Innocentio explicant, in dilputationem vo-
cat, cum tamen, me judice, sit omnium
pernecessaria. Vel enim, ne incurrit ex-
communicatione intimata docentibus damnata-
s, satis est, ut sumuntur aliter, ac jacent,
ita ut satis sit quælibet mutatio, vel non?
Non primum, ut constabit; ergo secundum: si autem secundum, cō ipso assignari
debet, quanta mutatio necessaria, & satis sit
ad hoc, ut à docentibus non incurrit ex-
communicatione. Idem dico de practicantibus,
assignanda enim erit quæ, & quanta
mutatio necessaria, & satis sit, ut à practi-
cantibus non incurrit culpa mortalis. Di-
xi hanc questionem à nullo agitari; nam P. Ar-
siderkin tom. 2. qu. 3. pag. 60. præcise ait, dekin
quod sicut satis esse potest una particula vi-
tiosa, ut prohibetur, ita etiam, aliquæ ad-
iectæ, omisæ, aut limitatæ, fieri potest, ut
eadem damnata sit tota à se, vel à prohibi-
tis diversa.

Sed antequam progrediar, tradere volo N.
animadversionem maxime tenendam ab 66.
illis,

illis, qui damnatarum expositioni elaborant, & eam didici a Doctissim. & Illustrissim.

M. God. Episcop. M. Godoy tom. 3. in 3. p. d. 53. n. 32. 33. 34. & n. 151. qui ait: *Dupliciter aliquid damnari posse ab aliquo Concilio, vel a Papa) nempe ex primaria intentione, vel per quamdam extensionem, quia scilicet estimatur*

*cum principali errore conexum: mens Concilij, quod ea, quae priori modo damnat, venanda est ex errore Hereticorum, (aut Catholiconrum malè opinantium) ad quem anathematizandum est congregatum: quod ea autem que damnat secundo modo, non ex illo principio, sed ex alijs est accipendum. Hac M. Godoy. Quod bene tenendum ab Interpretibus damnatarum, ne afferant diversam aliquiliter à damnata, non esse damnatam, quia est aliquo modo diversa; potest enim esse per extensionem damnata, quatenus continet idem, aut maius scandalum, et si directe damnata non sit. Et ut hoc magis patet, utor paritate, quam trahit idem M. Godoy: Tridentinum sej. 6. de Jutific. cap. 7. ut damnet errorem Hereticorum dicentium nos jutificari formaliter per solam meritorum Christi D. imputationem, utitur his verbis assertivis, *Justitiam nobis intrinsecam esse unicam causam formalem nostra justificationis. Ecce si purus Hereticorum error efficit refutandus, fatus si dixisset, justitiam nobis intrinsecam esse causam formalem nostrae justificationis, nec neccesse erat addere tō unicam; nam si Heretici negabant nos per quid intrinsecum jutificari, multo magis negabant nos per duas formas intrinsecas jutificari: addidit autem tō unicam, ut præcluderet alium errorem eorum, qui forte dicturi erant, nos jutificari non tantum per habitum gratiae, aut charitatis, (qui, si realiter distinguuntur, ut docimus, differenti modo jutificant) sed etiam per habitum fidei, spei, & virtutum moralium infusarum: ita dico ego, quod ut quis scitè interpretetur damnatas, considerare debet non tantum earum verba, sed etiam scandalum, finem Pontificis, & familia.**

N. 67. Dico primò: Ut aliqua ex damnatis possit abique eo quod incurrit excommunicationatio à Decretis Pontificijs intimata docentibus, disputantibus, edentibus, &c. non fatus est quælibet mutatio, seu ut sumantur aliter, ac jacent; sed neccesaria, & fatus est talis mutatio, quæ posita amittat eam rationem scandalis, (idem dico de ratione hæresis, temeritatis, falsitatis, &c.) ob quam damnata est.

N. 68. Dico secundò: Ut autem sine culpa practicetur, non fatus est, ut amittat eam ratione scandalum, ob quam damnata est.

Tom. I.

nem scandalis (hæresis, temeritatis, &c.) ob quam damnata est, sed neccesse omnino est, ut nullum aliud scandalum (hæresim, temeritatem, &c.) acquirat, immo neccesse omnino est, ut gravi, & solidâ ratione ejus verosimilitudo, seu probabilitas fundetur.

Nota propositionem damnata quadrupliciter mutari posse; primò, ita ut retineat idem scandalum propter quod damnata est; ex. gr. hæc 39. *Licet tam heredi, quam legatario occidere in iuste impedientem, ne hereditas aedatur, aut legata solvantur, si omittatur to ant legata, adhuc retinebit, et si mutata, idem scandalum: Secundo, ita ut amittat scandalum, ob quod damnata est, acquirat tamen aliud longè maius, sed diversum; ex. gr. hæc 15. Licet filio gaudere de parricidio in ebrietate a se perpetrato, si tollatur to in ebrietate, erit magis scandalosa; similiter si a 16. Fides non cadit sub preceptum speciale, si tollatur to speciale, vel addatur generale, erit magis scandalosa: Tertio, ita ut amittat totam rationem scandalis, ob quod damnata est, & nullum aliud acquirat, non tamen sit probabilis, nec improbabilis: Quartò, ita ut, non tantum careat omni scandalu, & improbabilitate, sed sit vere probabilis; talis est omnis opposita contradictoriæ, aut contrariæ damnatis.*

Prima pars primæ conclusionis probatur: N. Si ad fugiendam excommunicationem intimatam docentibus damnatas fatus est quælibet mutatio, sequeretur, quod data quælibet mutatione, et si non tollente scandalum, ob quod damnata fuit, posset quælibet ex damnatis impunè doceri: sed hoc est certò fallit; quis enim dicit hanc, *Licet heredi occidere in iuste impedientem, ne hereditas aedatur, posse impunè doceri?* Sequela probatur: quia hæc propositio non est, ut jacet, nam damnata est copulativa, adducta a nobis est simplex. Ratio à priori est: quia in hæc simplici adhuc continet idem scandalum, quod continet damnata; ergo hanc docens incurrit excommunicationem; ergo ne ea à docente incurritur, neccesarium omnino est, ut ita mutetur, ut non maneat idem scandalum, ob quod damnata est.

Secunda pars ejusdem conclusionis probatur: quia talis excommunicatione est ligata, tali scandalu: ergo ubi tale scandalum non est, non incurrit excommunicatione: ergo si per mutationem acquireret scandalum diversum longè maius, & non retineret scandalum, ob quod opinio fuit damnata, docens non incurrit excommunicationem. Ratio est: quia in his, quæ juris positivi sunt, non tenet paritas à minori ad maius, &

Hij ideo

ideo non valet, Percussioni Clericorum, qua est minus peccatum, quam perjurium, est annexa excommunicatio, ergo etiam perjurio, cum sit maius peccatum: ergo neque valet, Docens damnatam, qui scandalum, incurrit excommunicationem, ergo etiam incurrit docens aliam longe magis, sed in diversa specie, scandalosam: non, inquam, valet, quia excommunicatio est ligata tali scandalu, non autem alteri maiori, dummodo diverso.

N. 72. Secunda conclusio probatur: quia illicitum omnino est assumere pro regulâ morum opinionem scandalosam, aut improbabilem, aut non probabilem, ex quocumque deinde capite illud scandalum, improbabilitas, vel non probabilitas proveniat: ergo ut aliqua opinio fine culpâ practicetur, non est fatis, ut careat aliqua ratione scandalum, aut improbabilitatis; sed necesse est, ut excludat omnem rationem scandalum, & improbabilitatis positivæ, & negativæ, immo necesse est, ut sit positivè probabilis. Hoc nota, quod si aliqua damnata ita mutetur, ut amittat rationem scandalum, ob quod damnata est, & acquirat aliam specie diversam, & maiorem, practicans hanc opinionem magis, & diversimodè scandalosam, peccabit *tantum* peccato contra legem naturalem dictantem, nullum scandalosum assumentum pro regulâ morum; non autem peccato inobedientia contra præceptum Pontificium, cum tale præceptum respectu dictæ opinionis diversimodè, & magis scandalosæ non detur: econtra qui practicaret damnatam à Papa ut scandalosum, si mutatio non tollat illud idem scandalum, peccaret tunc contra legem naturæ dictantem, nullum scandalosum assumentum in regulam morum; tunc contra præceptum Papæ prohibens ejus proximam.

N. 73. Similiter nota, me dixisse, tunc quod docens magis scandalosam, *sed diverso genere scandali*, tunc quod illam practicans, nec ille incurrit excommunicationem, nec iste peccabit contra præceptum Pontificium: non autem dixi, quod docens magis scandalosam non incurrit excommunicationem, & practicans non peccabit contra præceptum Pontificium: immo dixi, & dico, quod docens, præter peccatum inobedientiæ contra præceptum Pontificium, incurrit excommunicationem; (nam omnis excommunicationis maior presupponit peccatum mortale contra præceptum latum à ferente excommunicationem maiorem,) & practicans peccabit mortaliter contra præceptum Papæ.

N. 74. Ratio est; quia licet, mutata specie, aut

genera, non valeat consequentia à minori ad maius, valet tamen, quoties manus est in eadem specie, quâ minus: ergo si aliquis reddit damnatam, magis in eadem specie scandalum, propter quam damnata est, scandalosam, & eam doceat, incurrit excommunicationem; & practicans peccabit mortaliter contra obedientiam Papæ debitam; nam tunc illud manus scandalum continet ipsam rationem scandalum, cui alligata est excommunicationis, & quia à Pontifice est vetus hinc qui doceret hanc, *Licet filio gaudere de parricidio perpetrato*, incurrit excommunicationem; & qui eam practicaret, peccaret contra obedientiam debitam Papæ; quia eadem continet eamdem rationem scandalum, ob quod damnata est, licet maiorem, non tamen diversam; nam damnata ait: *Licet filio gaudere de parricidio a se in ebrietate perpetrato*: ergo si est scandalosum hoc dicere, multo magis erit dicere illud, omitendo *to in ebrietate*: similiter, qui diceret, *Fides non cadit sub preceptum speciale, immo neque generale*, incurrit excommunicationem, quia docet ipsam damnata, licet simul doceat aliquid aliud magis scandalosum; qui autem diceret, *Fides non cadit sub preceptum generale*, non incurrit excommunicationem, et si doceret aliquid magis scandalosum, & magis falsum, quam qui puram damnata; quia hæc, *Fides non cadit sub preceptum generale*, non continet hanc, *Fides non cadit sub preceptum speciale*, cui tantum est alligata excommunicationis. Demum nota, quod dixi de excommunicatione respectu docentis, dic de eadem respectu defendantis, edentis, disputantis, practicantis. Hec omnia de excommunicatione incurriendâ intelligenda sunt, nisi quis laboret ignorantia invincibili; si enim laboret, nullam censuram incurrit, juxta doctrinam communem, quam tradit P. Suar. *P. Suar. de Cenfusis*, & cum eo sentiunt *Navarrus Navar. cap. 23. & cap. 27.* & ignorantiam invincibilem excusare ab incurriendâ, non tantum censurâ, sed etiam ab incurriendâ omni alia poena, et si gravi, & extraordinariâ; probabile putat P. Sanch. *lib. 9.* de Matrim. *d. 32. cap. 21.* & P. Dicastro censet probabilissimam P. Sanc. *d. 9. de Matrim. dub. 9. n. 105.* quod tamen P. Dic. cast. non approbat *Herinx tom. 2. d. 15. n. 29.* immo Dom. Soto in *4. dist. 28. qu. 1. art. 2.* vult *Soto.* ignorantiam, et si vincibilem, excusare à cenfusis *Prælatorum particularium* & sed hanc doctrinam fine jure extendit *Caram. lib. 4. Theolog. Moral. Fundam. n. 15. Caramella art. 3. qu. proæmiali* dicens: Ab excommunicationis poena, cui multi cæteras censuras adscribunt, excusat, non tantum in *vinci-*

vincibilis, sed etiam vincibilis ignorantia; quam sententiam iterum docet in Dialexi à n. 440. referens pro cā plures; demum n. 451. querit, quā ignorantia pœna excusat à pœna, & ait ignorantiam invincibilem excusare à pœna Ecclesiastica, non autem civili, quia illud statuit jus Ecclesiasticum, loquendo de pœnis Ecclesiasticis, seu censuris; jus autem civile non statuit illud.

S E C T I O V.

Regula pro tollendo à damnatis scandalo.

S U M M A R I U M.

Regula de necessariā mutationis qualitate, n. 76. Valde difficultis est ob summam damnatarum varietatem, ibid.

Quid sit materia propositionis, & quid attendendum, ut sciat in quā materia sit propositionis? n. 77.

Quantitas sepe variat materiam, n. 78.

Non est idem propositionem esse in materia necessariā, ac esse necessariam; & esse in contingenti, ac esse contingente, n. 79.

Ut sciat in materia, praescindendum à copula; ut sciat in necessitate, aut impossibilitate, attendenda copula, ibid.

Ut simplex secernatur à composita, sola copula attendenda, n. 80.

Non omnis modalis est composita, n. 81.

Ut affirmativa distinguatur a negativa, sola copula consideranda, n. 82.

Quid propositionis simplex, composita, copulativa, disjunctiva, reauplicativa, causalis, exceptiva, exclusiva, modalis? n. 83.

Modi, quos Moralis Theologia considerat, ib. Regula discernendi contradictiones a contrariis, n. 84.

Inter compositas aliquae dicuntur exponibilis, n. 86.

Materia damnatarum non est contingens, n. 87. Expono, quare sit necessaria, quarum impossibilis, n. 88.

Nulla damnata contrarie opposita non damnata, est vera, n. 90.

Damnata, & non damnata, si sunt contrarie, possum simul esse falsa, n. 91.

Regula scandali tollendi est tradere contradictionem damnata, immo contrariam affirmativam damnata negativa in materia necessaria, n. 93.

Scandalum damnatarum oritur nunc ex limitazione, nunc ex particulā causalē, &c. n. 95.

Passim exemplifico in totā hāc scđ. inductione damnatarum. n. 96. 97.

N. 76. **T**radidi hucusque regulam generalem de qualitate mutationis necessariā, & Tom. I.

sufficienti, ut damnata possit sine excommunicatione doceri, & sine peccato falso inobedientiae gravis contra præceptum Papæ, practicari: tradenda modo est alia regula de modo practicandi eam qualitatem mutationis necessariam: aliud enim est assignare regulam de qualitate mutationis necessariā ad vitandum excommunicationem, & peccatum inobedientiae contra præceptum Pontificium; aliud est assignare regulam de modo practicandi eam qualitatem mutationis; parum enim prodest scire qualiter mutanda sit damnata, nisi sciat modus, quo possit haberi hoc qualiter. Difficultas autē oritur ex eo, quod cum damnata sint inter se adeo diversae; nam aliquae sunt simplifices, aliquae compositae; & inter compositas, aliae copulativa, aliae disjunctiva, aliae exceptiva, aliae non exceptiva; aliae causales, aliae non causales; aliae exclusivas, aliae non exclusivas; aliae appellantes præcedentem, unde deductae sunt, aliae non appellantes; aliae infinitae, aliae continentes quantitatem; aliae in hac, aliae in illa materia, quomodo, quæso, poterit facile tradi regula de modo habendi qualitatem mutationis necessariam, & sufficientem, ut ea, quæ erat damnata, taliter mutata possit non tantum sine excommunicatione doceri, & sine culpa contra legem Pontificis, quinimodo cum laude, & obedientiæ practicari? Cū ergo res valde pendeat à Dialecticæ principijs, aliqua mihi sunt ex cā cursim notanda.

Primum est, licet subjectum per analogiam ad compositum naturale dici soleat 77. materia, & prædicatum forma propositionis, attamen juxta Dialecticos per materiam propositionis venit ipsa realis habitudo talis prædicati cum tali subjecto; pro formâ venit ipsa propositionis formalis versans circa eam habitudinem, & extrema: cum autem ea habitudo extremorum ad invicem possit esse necessaria, aut impossibilis, aut contingens, ita materia propositionis potest esse, vel naturalis, seu necessaria, vel impossibilis, vel contingens; quare, ut sciat in quā materia sit propositionis, consideranda sunt præcisè extrema propositionis, & nullo modo copula, sive affirmativa, sive negativa; atque adeo duas contradictiones, si contenti ipsam extremis, sunt in eadem materia, ex N. gr. Omnis homo est animal, aliquis homo 78. non est animal; utraque est in materia necessariā, nam homo est necessariō animal. Hæc doctrina est vera, quoties quantitas non mutat materiam propositionis; nam aliquando mutata quantitate mutatur materia.

H iij teria

N.
79.

teria propositionum contradictriorum; ex. gr. *Omnis animal studet*, aliquid animal non studet: illa est in materia impossibili; haec autem, si applicetur homini, est in contingenti; si equo, est in impossibili. Ex hoc patet, non est idem propositionem esse in materia necessaria, impossibili, vel contingenti, ac propositionem esse necessariam, impossibilem, contingente; nam propositionem esse in materia necessaria, est, extrema ejus propositionis connecti realiter necessario inter se, ita ut tale praedicatum necessario conveniat realiter tali subiecto; esse in materia impossibili, est, tale praedicatum repugnare realiter tali subiecto; esse in materia contingenti, est, tale praedicatum posse convenire, & non convenire realiter tali subiecto, quin destruatur: at propositionem esse necessariam, est, esse necessario veram; esse impossibilem, est, esse necessario falsam; esse contingente, est, esse indifferente ad veritatem, & falsitatem: sed potest propositio esse in materia necessaria, quin sit necessario vera, immo impossibile est, ut sit vera: ergo non est idem propositionem esse in materia necessaria, ac esse necessariam. Idem dico de materia impossibili, aut contingenti propositionis respectu propositionis impossibilis, & contingentis. Quare, ut dixi, ut sciatur materia propositionis, praecondendum semper est a copula verbi propositionis, & videndum, quomodo a parte rei se habeat tale praedicatum cum tali subiecto. Ut autem sciatur necessitas, aut impossibilitas propositionis cum veritate, attendendum est ad affirmationem, vel negationem, seu copulam verbalem. Hinc constabit, quod omnis propositio affirmativa in materia necessaria est necessaria, seu necessario vera; & omnis negativa in materia necessaria est impossibilis: similiter constabit, quod omnis negativa in materia impossibili sit necessaria, & omnis affirmativa in materia impossibili sit impossibilis; ex. gr. *Mendacium est peccatum*; est affirmativa in materia necessaria, & est necessaria, seu necessario vera: *Mendacium non est peccatum*; est negativa in materia necessaria, & est impossibilis, seu impossibiliter vera. Similiter, *Mendacium non est meritorium*; est negativa in materia impossibili, & est necessaria: *Mendacium est meritorium*; est affirmativa in materia impossibili, & est impossibilis. Nota autem, quod propositio indefinita in ma-

teria necessaria, si praedicatio sit directa, seu si ratio superior dicatur de inferiori, aequalet universali; ex. gr. *Homo est animal*, aequalet, *Omnis homo est animal*; & in materia contingenti aequalet particulari; ex. gr. *Homo currit*, aequalet, *Aliquis homo currit*.

Secundum est, quod ut propositiones simplices contradistinguantur a compositis, 80. ad solam copulam verbalem attendendum est, non autem ad copulam implicacionis. Copula verbalis est, quae affirmat, vel negat praedicatum de tali subiecto: copula implicacionis, nec affirmat, nec negat, sed supponit aliquid, aut limitat subiectum, aut praedicatum: hinc, si propositio unam tantum copulam verbalem habeat, et si simul habeat copulam implicacionis, adhuc est simplex; ex. gr. *Mendacium, quod Petrus dixit, est puniendum*; est propositione simplex, quia unam tantum copulam verbalem habet, nempe, *est puniendum*, et si habeat etiam copulam implicacionis, nempe, *to quod Petrus dixit, que tamen nec affirmat, nec negat in dicta propositione*, sed supponit esse dictum a Petro. Si autem propositio constet dupli copula verbali formaliter, vel aequivalenter, est composita; ita haec, *Licet occidere heredem, & legatarum*, est composita virtualiter, et si videtur simplex, nam aequalet, *Licet occidere heredem*, licet occidere legatarum; duas autem simplices, si uniantur copula adverbialibus, faciunt compositionem. Ex hac doctrinâ facilè deducitur, quod non omnis propositio modalis est composita, sed alia est simplex, alia composita, prout pluribus copulis adverbialibus constat; haec enim, *Occidere heredem est licitum*, est simplex, nam *to occidere*, et si sit verbum, se habet nominaliter, & neque affirmat, neque negat, sed est subiectum, quod affirmatur, vel negatur per *to*, *est*, *vel non est licitum*, N. quod est praedicatum. Ex hoc autem confirmatur, quod supra dixi repugnat, ut dictum modalis sit verum, & modus falsus, quia modalis non habet aliam veritatem, vel falsitatem præter eam, quae affirmatur, aut negatur per copulam verbalem; & in modali dictum, est subiectum, modus, est praedicatum: vel igitur ille modus convenit illi dicto, vel non? Si convenit, est vera; si non convenit, est falsa; dictum autem nil affirmat, aut negat, sed affirmat, aut negatur: ergo implicat dicere, quod in modali dictum pos sit esse verum, & modus falsus. Addo plures modales esse simplices, implicat autem ut propositio simplex sit vera simul, & falsa.

Ter-

N. 82. Tertium est, ut propositio affirmativa contradistinguitur à negativâ, ad solam copulam verbalem, non autem ad copulam implicacionis attendendum est: si copula verbalis sit negativa, eti copula implicacionis non sit talis, propositio erit negativa; si copula verbalis sit affirmativa, eti copula implicacionis non sit talis, propositio erit affirmativa. Ratio est s quia copula implicacionis nil affirmat, aut negat, sed supponit, aut limitat; ita hec, *Voluntas non potest facere, ut a sensu su magis firmus, quam mereatur pendus rationum, que ad a sensum impellunt*, est negativa, licet prædicatum continet plures copulas non negativas: hec autem, *Licetum est gaudere de morte naturali alicuius non ex dispergientia personæ*, est affirmativa, licet continat copulam implicacionis non affirmativam. Quare ut fiat propositio negativa, debet particula, non, cadere supra copulam verbalem, non autem supra alterum ex extremis, alias sicut infinitans; ita aliud est dicere, *Licet non occidere*, aliud, *Non licet occidere*; ea est affirmativa de licita non occidione, hæc est negativa de licita occidione.

N. 83. Quartum est, multiplex esse genus propositionum; ea autem tantum generâ dabo, que faciunt ad rem nostram. Prima divisio est in Simplicem, & Compositam: Simplex est, quæ unicâ tantum copula affirmacionis, aut negationis constat; Composita est, quæ dupli. Secunda in Copulativam, & Disjunctivam: Copulativa est, quæ pluribus conitat propositionibus unitis particulae, agne, etiam, idem, id tamen, verum; aut alijs importantibus paritatem, scit, quemadmodum, &c. Disjunctiva est, quæ conitat pluribus propositionibus unitis particulae disjunctivâ vel, aut, &c. potrò particulae disjunctivæ conjungunt propositiones formales, licet disjungant sensum, aut veritatem utriusque partis. Tertia est in Reduplicativam, Causalē, Exceptivam, Exclusivam, Modalem. Reduplicativa est, quæ repetit in propositione idem extremum, vel aliquid illi extremo conveniens, additâ particula, ut, prout, in quantum, quatenus, &c. quæ particulae habent multiplicem sensum, putat, vel cause formalis, vel radicis physicæ, vel metaphysicæ, vel conditionis, &c. Causalē est, quæ afficitur particula quia, aut alia rationem reddente, & particula causalis tot sensus habet, quot reduplicativa. Exceptiva est, in quâ excipitur aliquid à termino communī, in quo includebatur, per particulam præter: ex. gr. Omnis homo currit præter Petrum; tò Petrus excipitur à tò om-

nis, in quo continebatur; si autem dicatur, aliquis homo præter Petrum currit, non est propositio exceptiva, quia in tò aliquis, non includebatur Petrus, à quo proinde nec excipitur. Exclusiva est, quæ conitat particula tantum, solum, nisi, &c. vi cuius alia excluduntur à participatione prædicati: duplex autem est genus; aliae sunt affirmativae de signo exclusivo, & de copula; aliae sunt affirmativae de signo exclusivo, & negativae de copula; quomodo autem exponendæ, dicam paulo post. Modales sunt, quæ explicant modum, quo prædicatum te habet erga subiectum; & juxta Dialecticos non dantur, nisi duo modi, nempe, necesse, impossibile, nam materia modaliū numquam est contingens; quapropter ad modalem non est satis affirmare, aut negare prædicatum de subiecto, quinimmo modalis, nec affirmat, nec negat prædicatum de subiecto, sed præcise affirmat, aut negat modum, quo prædicatum se habet ad subiectum; hinc si dicatur, *Index potest judicare juxta opinionem minus probabilem*, non est modalis; est autem, si dicatur judicem posse licet judicare juxta minus probabilem; est, inquam, modalis Theologico-moraliter, hi enim sunt modi, quos Theologia Moralis considerat, nempe, an talis actio sit licita, sit honesta, sit scandala, sit imprudens, &c.

Quintum est, quadruplicem esse juxta N. Dialecticos oppositionem Logicam. Ego 84. contentus ero dupli, nempe Contradictria, & Contraria: Contradictria est duarum propositionum ijsdem extremis constantium repugnania in veritate, & falsitate, ita ut nequeant simul esse veræ, aut simul falsæ. Contraria est duarum propositionum ijsdem extremis constantium repugnania in veritate, ita ut non possint simul esse veræ, licet possint aliquando simul esse falsæ. Regula discernendi contradictrias à contrariis est: si negativa plus neget, quam requiratur ad falsitatem affirmativa, aut affirmativa aliquid plus affirmet, quam requiratur ad falsitatem negativa, tunc propositiones erunt inter se contraria: si autem negativa præcise neget id, quod satis est ad falsitatem affirmativa, vel affirmativa præcise affirmet quod satis ad falsitatem negativa, tunc erunt inter se contradictriae; & ideo est evidens axioma, *Non est melius contradicere, quam toti propositioni negationem præponere*; nam idem est concontradicere, ac toti affirmativa negationem præponere: eur autem duæ contraria non possint simul esse veræ, possint simul esse falsæ, est, quia si possint simul esse veræ, possent etiam duæ contradictriae

D I S P V T . III.

92

dictoria simul esse veræ; si enim haec duas contrariae sunt veræ, *Nulla pura restrictio est mendacium*, *Omnis pura restrictio est mendacium*, erunt etiam vera haec duæ contradictoriae, *Nulla pura restrictio est mendacium*, *Aliqua pura restrictio est mendacium*; quia in tò *omnis* continetur tò *aliqua*. Si autem duæ contradictoriae sunt simul falsæ, non ideo duæ contradictoriae erunt simul falsæ: ex. gr. si sunt falsæ haec duæ contradictoriae, *Omnis homo est mendax*, *Nullus homo est mendax*, non iaco falsæ simul erunt haec duæ contradictoriae, *Omnis homo est mendax*, *Aliquis homo non est mendax*, quia in tò *aliquis* non continetur tò *nullus*.

N. 85. Sextum est, quòd eadem regula, quæ dat modum faciendi contradictoriarum, aut contrarias inter se propositiones simplices, applicanda est etiam propositionibus complexis, licet ob terminorum multiplicitudinem, difficultatem habeant, quam sequuntur exemplorum inductione tollio. Primo, si sit copulativa de eodem predicato, nec contradictoria per disjunctivam contradicentem partibus copulativis; & nec contraria per copulativam contradicentem partibus copulativis: ex. gr. *Licet occidere heredem, & legatarium*, contradictoria erit, *Non licet occidere heredem, vel legatarium*; contraria erit, *Nec licet occidere heredem, nec legatarium*. Si sit copulativa de diverso predicato, nec contradictoria per disjunctivam contradicentem partibus copulativis, & nec contraria per copulativam contradicentem partibus copulativis; ex. gr. *Causa justa utendi amphiboli*gijs est utilitas, vel salutis, vel honoris, vel rei familiaris; ejus contradictoria erit, *Causa* justa utendi amphiboli

bus frui, potest sine peccato edere ad latitudinem; ejus contraria erit, *Homo*, quia licet potest suis actibus frui, non potest sine peccato edere ad satietatem. Si autem positio fit causalis ratione prædicati, nec contradictoria per particulam *non* possum ante copulam verbalem; nec contraria per particulam *non* possum ante causalem; ex. gr. *Homo potest edere licet ad satietatem, quia licet potest suis actibus frui*; contradictoria erit, *Homo* non potest edere licet ad satietatem, quia licet potest suis actibus frui; contraria erit, *Homo* potest edere licet ad satietatem, quia non potest licet suis actibus frui. Quarto, si sit exceptiva, nec contradictoria per particulam *non* praefixa termino communis, à quo talis res excipitur; ex. gr. *In omni Sacramento, preterquam Ordine, & Baptismo, licet uti sententia probabili*; contradictoria erit, *Non in omni Sacramento, preterquam Ordine, & Baptismo, uti licet sententia probabili*; contraria erit, *In nullo Sacramento, preterquam Ordine, & Baptismo, uti licet sententia probabili*. Quinto, si sit exclusiva, vel est affirmativa de signo exclusivo, & de copula, vel est affirmativa de signo exclusivo, & negativa de copula: si sit affirmativa de signo, & de copula, nec contradictoria per tò *non* immediate possum ante signum exclusivum; ex. gr. *Tunc tantum obligat preceptum charitatis, quando justificari tenemur*; contradictoria erit, *Non tunc tantum obligat*; contraria erit, *Tunc tantum non obligat*. Si sit affirmativa de signo exclusivo, & negativa de copula, tunc nec contradictoria per duplum negationem, unam ante signum, aliam ante copulam; ex. gr. *Tantum in Baptismo, & in Ordine non licet uti opinione probabili*; contradictoria erit, *Non tantum in Baptismo, vel Ordine non licet uti opinione probabili*. De modalibus nil peculiare addo. Hoc tantum adverto, me dedi regulas formandi contradictoriarum, quæ faciunt ad rem nostram, ut exprimerem damnatas per contradictoriam, vel affirmativam, vel negativam contradictentem damnate, negativæ, aut affirmativæ.

Septimum est, quòd inter propositiones N. 86. compositas aliquæ dicuntur exponibilis, quia exponi debent; tales sunt præsertim propositiones exceptiva, & exclusiva, & exponuntur per propositionem compositam, quæ quia exponit, exponens dicitur: ex. gr. *In omni Sacramento, preterquam in Baptismo, & Ordine, uti possumus sententia probabili*, exponitur per copulativam, cuius prima pars neget usum lictum opinionis probabilis

babilis in Baptismo, & Ordine; & secunda pars affirmet eundem usum de alijs Sacramentis hoc modo: *Non licet in Baptismo, & Ordine uti opinione probabili, & licet in omni alio Sacramento; ejus autem contradictria exponitur per disjunctivam constantem partibus contradictibus partibus copulativa; nempe hęc, Non in omni Sacramento uti licet sententiā probabili, preterquam in Baptismo, & Ordine, exponitur hoc modo: Vel licet in Baptismo, & Ordine, vel non licet in omni alio Sacramento uti opinione probabili. Contraria autem, quae eit hęc, In nullo Sacramento, preterquam Baptismo, & Ordine, licet uti opinione probabili, exponitur per copulativam, Licet uti in Baptismo, & Ordine opinione probabili, & in nullo alio Sacramento licet. Similiter exclusivae exponuntur, vel enim propositio est affirmativa de signo exclusivo, & negativa de copulā, & exponitur per copulativam, cuius prima pars neget de subiecto predicatum, secunda affirmet idem predicatum de omni alio distincto; ex. gr. *Preceptum charitatis obligat tantum cum iustificari tenemur*, exponitur, Preceptum charitatis obligat dum iustificari tenemur, & nullo alio tempore obligat. Porro sicut hęc, *Tunc tantum obligat, quando iustificari tenemur*, exponitur per copulativam, obligat cum iustificari tenemur, & nullo alio tempore obligat; ita ejus contradictoria, *Non obligat tantum, dum tenemur iustificari*, exponitur per disjunctivam constantem partibus contradictibus partibus copulativa; nempe, vel non obligat dum iustificari tenemur, vel alio tempore obligat. Similiter sicut affirmativa de signo exclusivo, & negativa de copulā; ex. gr. *Tantum in Baptismo non licet uti sententiā probabili*, exponebatur per copulativam, In Baptismo non licet, & licet in omni alio Sacramento uti sententiā probabili; ita ejus contradictoria, *Non tantum in Baptismo non licet uti sententiā probabili*, exponi debet per disjunctivam constantem partibus contradictibus partibus copulativa; vel in Baptismo uti licet, vel non licet in alio Sacramento uti sententiā probabili.*

N. 87. Dico primò: Materia propositionum

damnatarum, vel est necessaria, vel impossibilis, nullius autem damnatę materia est contingens. Probatur; quia quod est ex objecto scandalofum, est necessariò tale, & impossibile est, ut non sit tale: ergo omnes damnatę affirmantes tale objectum licere, sunt in materia impossibili; & omnes damnatę negantes tale objectum esse peccatum, sunt in materia necessariā.

Dico secundò: Earum damnatarum materia est necessaria, quę sunt negativę; earum est impossibilis, quę sunt affirmativę. Probatur; quia omnes damnatae sunt falsa: ergo cùm ex *primā conclusione* omnium damnatarum materia sit, vel necessaria, vel impossibilis, sequitur, quod omnes damnatae, quę sunt affirmativę, debent esse in materia impossibili, & quę sunt negativę, debent esse in materia necessariā. Confirmo: quia omnis affirmativa in materia necessariā, & omnis negativa in materia impossibili, est necessario vera: ergo cùm omnis damnata, sive affirmativa, sive negativa, sit falsa; si sit affirmativa, debet esse in materia impossibili; si sit negativa, debet esse in materia necessariā; si enim affirmativa damnata esset in materia necessariā, esset necessario vera; & si negativa damnata esset in materia impossibili, esset etiam necessario vera.

Dico tertio: Omnes contradictorę negativę oppositę damnatis affirmativis sunt in materia impossibili, & omnes contradictorę affirmativę oppositę damnatis negativis sunt in materia necessariā. Patet; quia contradictorę damnatis sunt vera: sed implicat, ut contradictoria affirmativa opposita damnata negativę sit vera, nisi sit in materia necessariā; & implicat, ut contradictoria negativa opposita damnata affirmativę sit vera, nisi sit in materia impossibili: ergo omnis contradictoria negativa opposita damnata affirmativę est in materia impossibili, & omnis contradictoria affirmativa opposita damnata negativę est in materia necessariā.

Dico quartò: Nulla damnata contrarię N. opposita non damnata potest esse vera. Probatur; quia si damnata contrarię opposita non damnata esset vera, damnata etiam contradictorię opposita non damnata esset vera, ut dixi in 5. Notar. hoc secundum implicat ergo etiam implicat, ut damnata contrarię opposita non damnata sit vera. Posiunt tamen damnata, & non damnata, inter se contrarię oppositę, simul esse falsa, ut patet in his: *Satis est aitum fidei semel elicere, neceſſe est centum aitum fidei elicere*. Quod si quaratur, quando ex propositionibus contrarijs

N. 91. trarijs una sit vera , altera falsa , & quando amba sunt falsa ; dico , quod si materia sit necessaria , & prædicatio sit directa , una erit vera , altera falsa ; ex. gr. Nullum mendacium est malum , omne mendacium est malum ; hæc secunda est vera , quia in materia necessaria , & prædicatio est directa . Quod si materia sit naturalis , & prædicatio sit indirecta , tunc erunt simili falsa ; ex. gr. Omne peccatum est mendacium , nullum peccatum est mendacium . Similiter si materia sit contingens , possunt duæ contraria simul esse falsa , non tamen est necessarium ; at non possunt simul esse vera ; ex. gr. Omnis actus naturalis est peccatum , nullus actus naturalis est peccatum .

N. 92. Dico quintò : Omnis affirmativa contrariè opponit damnata negativæ in materia necessariâ , si illius prædicatio sit directa , est vera : similiter omnis negativa contraria opposita damnata affirmativa in materia impossibili est vera . Probatur prima pars ; quia ex contrarijs , si una est falsa , alia est vera , quoties propositiones sunt in materia necessaria , & prædicatio est directa : sed damnata est falsa : ergo contrariè opposita , cuius materia est necessaria , & prædicatio est directa , erit vera . Secunda pars probatur ; quia omnis negativa in materia impossibili est vera : ergo negativa contraria damnata affirmativa in materia impossibili est vera .

N. 93. Ut autem præcipuo puncto satisfaciam , Dico sexto : Regula tollendi scandalum est tradere contradictriam damnatae ; immo etiam contrariam affirmativam damnatae negativæ in materia necessariâ , si illius prædicatio est directa ; & contrariam negativam damnatae affirmativæ in materia impossibili .

N. 94. Prima pars probatur ; quia implicat , ut utraque contradictria sit scandalosa : ergo si damnata est scandalosa , ejus contradictria non est scandalosa .

Secunda probatur ; quia implicat , ut quoties materia propositionis est necessaria , & prædicatio est directa , si negativa est scandalosa , & falsa , implicat , inquam , ut contraria non sit vera , & non sit non scandalosa : ergo docens contrariam damnatae negativæ in materia necessaria , si prædicatio sit directa , cō ipso talis contraria non est scandalosa , & non est falsa , sed vera , & non scandalosa .

Tertia probatur ; quia omnis negativa in materia impossibili est vera : ergo contraria negativa damnatae affirmativæ in materia impossibili est vera .

Quia ergo scandalum in aliquibus oritur ex limitatione temporis , talis est *septima* , Pr. 95. ceptum charitatis tunc tantum obligat , quod tenetur iustificari ; in alijs ex particulâ causâ , talis est *oltrava* . Licet edere ad fatigatem ; in alijs ex particulâ exclusivâ , talis est *prima* , Tantum in Baptismo , & Ordine non licet uti opinione probabili ; in alijs oritur aliunde scandalum , ex. gr. ex motivo , ex tempore , ex personâ , ex natiâ intelligentiâ ; hinc si scandalos ratione illimitationis ad das limitationem tollent scandalum ; & si a scandalos ratione limitationis tollas limitationem , & si ab alijs auferas eam rationem , à qua derivatur scandalum , tunc non erunt scandalos , nec damnatae , sed utiles ad salutem .

Quærit Hebas pag. 3. quod cum aliquo N. damnatur sint copulativæ , an , ut tollatur damnatio , satis sit unicam tantum partem carum improbare ; an autem omnes partes copulativæ sint damnandæ , & improbandæ ? Respondeat pag. 4. regulariter singula membra reprobantur , nisi alter confiteretur mente legislatoris , & citat Patrem Aris- 96. dekin . Deinde subdit , de hoc consulendam facram Congregationem , aut probatos Theologos . Verumtamen plana est respon- Hebas. sio ; si enim scandalum consistit in copulativâ , copulativæ , & non seorsim sumptâ , tunc copulativa simul damnanda , & omnes partes contradicentes , que contra illam hent , erunt verae : si scandalum oriatur ex singulis membris , tunc singula damnanda , & omnes contradictriae erunt verae ; quare semper considerandum est scandalum , & contradictria , sive sint plures , sive sit una , opinioni damnatae , erit vera : contraria autem damnatae erit , ut dixi hic conclus. 4. & notat. 6. & 7.

Hoc ut ad oculū pateat , quod ille sit sensus legitimus propositionis , qui magis accedit ad opinantis judicium , sume hanc 3. ab Alex. VII. damnatam , nempce quod sententia affirmans post hodie Episcopos post Bullam Cœnabliensem ab occulsi contra Bullam , fuerit à Cardinalibus visa , & tolerata : Ecce huic damnatae , *fuit visa* , & *tolerata* , possum multipliciter contradicere . 1. *Non fuit visa* , *nec fuit tolerata* . 2. *Fuit visa* , *sed non tolerata* . 3. *Non fuit visa* , *fuit tolerata* . Prima non est necessaria . Secunda omnino vera , quia supponit examen , & negat toleratam . Tertia omnino falsa : ergo ut habeatur contradictria damnatae , attendenda mens opinantis , & damnantis , & removendum à damnata scandalum .

N. Nolo omittere , quod cum interrogatus 97. nuper

Alex. VII. superfaſſem, an ſententia aſſerens, poſte
hodie Epifcopos abſolvere ab occultis con-
tra Bullam Cœne, fit hodie poſt 3. ab Alex.
VII. damnatam, certò probabilis? En damnata:
Sententia aſſerens Bullam Cœna ſolim pro-
hibere abſolutionem heretis, & aliorum crimi-
num, quando publica ſunt; & id non derogare
facultati Tridentini, in qua occultis criminibus
fermo eſt, in Consistorio Sacra Cong. Cardi-
nalium viſa, & tolerata eſt. Judicavi eam
ſententiam, hodie poſt 3. damnatam, eſſe
mihi certò improbabilem: quod ipſum repe-
ri in P. Carden. tom. 1. d. 9. cap. 20. art. 5.
P. Card. n. 343. Quare nullo modo placuit mihi pri-
ncipium, cui plures ejus expoſitores nitun-
tur, nempe Torrec. P. Arſdekin, & alij,
quod quia ea tertia damnata, eſt tantum
damnata, quatenus aſſcrebat, eam ſententiam
fuille toleratam, non verò eſt damnata ut im-
probabilis, ideo hodie poſt 3. damnationem
non ſit certò improbabilis. Non placuit, in-
quam, 1. quia non omne non damnatum, ut
improbabile, eſt probabile; quot enim dantur

opiniones certò improbabiles, non damnata ut tales? 2. Quia ſepe ex damnatione reſulta-
re potest certum contra probabilitatem
principium. Patet hoc in minùs pià opinio-
ne pro labo Deiparæ, quæ à Papa non dam-
natur, ut improbabilis: & tamen hodie
Theologi, ex eo quia vident Papam pro-
movere omni niſu magis piam; & vident, ne
minùs pia, nequidem indirecēt, foſcatur,
inferunt magis piam (ut alibi ſepe) eſſe mo-
raliter certam; econtra minùs piam eſſe cer-
tò hodie improbabilem: ergo cum Alexander
damnaverit, quid ſententia favens Epif-
copis pro caſibus occultis contra Bullam
Cœne fuerit tolerata; conſequenter inferri
potest, eam ſententiam eſſe hodie certò im-
probabilem; ſi enim forer certò probabilis,
fuillet tolerata. Hoc punctum alibi fuile di-
Neuſſe. gero. Vide Neuſſi. d. 96. n. 21. Potestatis tom. Potest.
1. n. 3331. Filgu. in 3. damn. Card. de Lu- Filgu. C. de
go d. 23. de Fide, P. Moya tom. 1. tr. 3. d. 8. Lugo,
92. 5. §. 2. n. 5. P. Moy.



TRA:

